



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An Deus erat Verbum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

niam interpretis est voluntatum Dei. Itaque ut ne heretici decipientes simplices, dicerent filium idem cum Verbo, que loquitur Deus, patres differentiam filij Dei, ad Verba Dei ostendentes, filium essentiam vocaverunt, ita differentiam declarantes, quod Deus est qui est, & Verba que loquitur sunt, sed non essentia Dei, verum vocales actiones. At filius Verbum existens, non est vocalis actio Dei, sed filius existens, essentia est. Si enim pater est qui est, & filius est qui est, est autem sic filius, velut qui ex Deo ingenuè ipsum esse habet: Verbum intelligitur filius, non velut Verba qua Deus loquitur. Illa enim ipsum esse in loquente habent, hic vero eo quod ex patre genitus est, & patrem audit, & patri ministrat, ipsum esse habet. Hanc igitur substantiam patres vocaverunt essentiam.

Tertulliani
dura locu-
tio.

§. 9. Quod vero Tertullianus cap. 21. Apologetici, Modulo alterum numerum gradu, non statu fecit: quod alij ut Zephyrus inuertit, statu non gradu, obscurum est: Sed prior lectio retinenda est. Videtur autem Tertullianus aliquando improprie loqui, ut contra Praxeam cap. 30. Vbi Spiritum tertium nomen diuinitatis appellat, & tertium nomen Maiestatis. Vbi sane tertium nomen de personâ intelligi debet, non de diuinitate, quæ vnica tantum est. Ita & hic, per statum substantiam & personam; per gradum, substantiam gradu diuersam accipere necesse est; nam inter paradoxo Tertulliani, nisi quoad modum loquendi non puto referendum.

Verbū ho-
minis non
est Homo.

§. 10. Athanasius de æternâ Filij & Spiritus substantiâ, ostendit Verbum subsistens esse, quia sic apud Deum. Si enim Deus Verbum in mente habet, non autem reuerâ ex ipso genitum, ut Deum ex Deo, quomodo esse poteris apud Deum Verbum? aut quomodo Deus fuerit? Non enim Verbum in mente hominis conceptum, homo est apud hominem, cum nec viuas, nec subsistas, sed viuis duntaxat, & subsistens peccatoris modus sit, quod mox ut enunciatum est, non subsistit. Item lib. 1. contra Arianos, inquit. Erat, non factum est. & lib. 3. contra Arianos. Ita quoque Ioannes de filio Theologian, agnoscentque vocum discrimina, non dixit. In principio factus est, aut conditus est: sed, In principio erat Verbum, ut per genitæ naturam hac vox (erat) subaudiretur: id cauens, ne quis interuallum temporis intercessisse cogitaret, sed semper & æternaliter filium existere crederet. Iste ad istum modum probatu, qui sit, dicit Ariani, ut non intellectus Deuteronomij Verbis, etiam illic denuo vos impios in Dominum exhibeat, dicentes illum vel opus, vel creaturam, vel denique quiddam genitum existere? Idem enim genitum & factum affirmati significare, etiam isthic non minus quam alibi indocti & impj deprehendendi. Et paulo ante. Natiuitatem suam ex patre absolute exprimens: statim subinuit: Ante omnes colles genuit me: non, cur genitus esses, quemadmodum in hoc dicto (creauit) subiunxit ad opera sua, sed simpliciter & absolute, genuit me: quemadmodum & hoc In principio erat Verbum. Nam etiam si opera condita non fuissent, aque tamen erat Verbum Dei, & Deus erat Verbum. Ceterum ut fieret Homo, nunquam destinatum fuisset, nisi hominum necessitas, eius rei causam præbuisset. Non igitur creatura Filium haberi poterit. Si enim creatura esset, nunquam dixisset, genuit me, nam creatura nihil ex essentia creatoris habent, quippe, quæ duntaxat sine opera externa creatoris. Verum, genitum esse, non extrarium quiddam quale opus est, denotat: sed quiddam proprium, quod ex substantia Patris emerit, ideoque hæc opera, nimirum inter res conditas numeres: Verbum contra Dei vnigenitum Filium esse censet. Imo in mundi creatione, non dixit Moses; In principio genuit Deus, neque in principio erat: sed, In principio fecit Deus cælum & terram.

Asimoy.

§. 11. Ariani quidem cum Arimini similem filium patri dixissent, postea dissimilem dixere, vnde dicti sunt a reuoluto, quibus additum cognomen, ut voca-

rentur & ex dicitur, Ex non entes, vel essentes, quod ex non ente filium factum dicerent, ut est in Epistol. Athanasij de Synodo Ariminensi & Seluciana, horum Constantinus & Euzoius antesignani fuerunt sicl. 6. de beatit. Sernetus etiam, Valentinus Gentilis, Franciscus Dauid, Georgius Blandrata sunt impugnatores S. Trinitatis. Franciscus Dauid libr. 2. cap. 11. Georgius Blandrata actio. 13. Albanâ, fuisse apud Patrem interpretantur cogniti a patre, non a mundo. Verum hoc modo omnia erant in principio apud Deum, non modò Verbum, sed etiam creatura.

QVÆSTIO II.

An Deus erat Verbum?

§. 1. Hoc est illud, quo veterum hæreticorum, Verbum error subruitur. Exponendum est enim ordine Verborum commutato, nempe Verbum erat Deus. Græce enim scribitur καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Et hoc Verbum erat Deus, articulus enim subiecto non prædicato additur. ita & in Syro כְּוֹרְתָא הוּא בְּרֵלְתָא, hoc Verbum, ut significetur, Verbum esse λόγος ἦν θεὸς, ἐμπεριστατόν, ἰσχυρόν, ἰσπερ ἐν ἑχούλα, esse Verbum substantiale, insum, subsistens, existentiam habens.

§. 2. Ariatorum hæc distinctio erat. Et Verbum Ariatorum apud Deum, & Deus erat. Deinde incipiebant alteram periodum. Verbum hoc erat in principio apud Deum, xrum. Hoc confutatur multis modis. Non enim necesse erat affirmare Deum esse, quod nemo negabat, aut dubitabat. Quod si hoc docere voluisset, principium sumendum erat ab ipso Deo, dicendumque. Deus erat, & Verbum, erat apud Deum. Nunc cum Verbum in principio dicit fuisse apud Deum, ut statuat Deum esse necesse est.

Denique hoc insigne est documentum scripturam ab Ecclesiâ, eatumque intelligentiam accipiendam esse. Ante Arianos ne Sabellius quidem & Noëtus scripturam sic deprauarant, sed lectionem in Ecclesiâ probatam sequebantur, Ariani nouâ arte Verba retinent, sensum eludunt.

§. 3. Obijciunt Ariani. Cur non dixit igitur dicitur. Verbum erat Deus? Respondent nostri, Ioannem figurâ Hebræorum delectatum, quibus crebro finis sententiæ præcedens, est initium insequentis, ita Maldonatus alijque, quod verum esse cenleo.

Obseruo tamen aliam etiam rationem: Hebræam scilicet elegantiam esse, subiectum propositionis cum articulo prædicato postponere, sic Gen. 15. 3. וְבֵן מִשְׁכֵּת בֵּתְרִי הוּא דַּמְאֲשִׁכִּי אֵלְיָזֶר. Et filius procuratorij domus mee Damascus iste Eliezer, vbi epitheton præponitur. Et cum pronomen ponunt ut subiectum, eleganter postponunt, sic Genes. 12. 13. אִשְׁתִּי אֵת, soror mea tu, pro, Tu soror mea, & eodem capite v. 16. Sic 13. 8. אַנְשֵׁי אֶחָיו אַנְשֵׁי אַחֵינוּ, Viri fratres nos, & 23. 6. & 24. 34. Et nescio quomodo magis emphaticum est, cum prædicatum præponitur, ut Genes. 49. 9. אֲרִיָּה אֲרִיָּה אֲרִיָּה אֲרִיָּה אֲרִיָּה, Catulus Leonis Iuda. Et ibidem v. 22. בְּנֵי בְרָחָה בֶּן־פְּרוֹרָחַ בֶּן־יֹסֵף, filius accrescens Ioseph. Plurima sunt tota scriptura similia, quæ omitto. Itaque sensui nihil decedit, sed potius accedit. Si enim Deus est ὁ λόγος, hoc Verbum, ut Deus pro subiecto ponatur, quemadmodū voluit Ariani: Certe & hoc Verbum est Deus, ex necessitate conuersione. Si Deus est hic omnipotens, hic omnipotens est Deus.

Pig

QVÆSTIO III.

Cur dicit à principio fuisse apud Deum?

§. 1. **A** principio fuisse dicit, deinde apud Deum, denique Deum, ex quo constat à principio fuisse apud Deum, utpote Dei naturalem filium. Reperit vero à principio fuisse apud Deum, ne quis ex eo quod Deum dixerat, personarum distinctionem tolleret, ut hæretici veteres. Personam enim negabant Sabell. Samosat. Arianorum quidam, Epiph. *Devolvo* & vocat, Euseb. l. 7. ex Greg. Neocæs.

§. 2. Confutatur etiam Sergetum, qui negat Christum æternum. Non enim potuisse esse sermonem, nisi Deus loquatur. At hic à principio dicitur fuisse sermo, & apud Deum, Deus enim ab omni æternitate verbum dicendo produxit. Nec præcessit pater sapientiam suam, intelligentiamque.

VERSUS 3.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.

QVÆSTIO I.

Quomodo omnia per ipsum facta sunt?

§. 1. **D**Vo Verbo tribuit, nempe omnium esse creatorum, deinde non esse creaturam. Cum autem solus Deus creator sit, verbum esse Deum constat, non autem creaturam. Augustin. Tract. 1. in Ioan. & Athanasius crebro hæc argumentum videntur. Vbi enim de Deitate loquitur, causam non esse intertam, docet Athanas. lib. 3. contra Arianos. Vbi enim inquit Verbi ortum in carne, *substituere solent causam, cur homo sit factus: è diverso, quam ipsum de sua Deitate loquentem in ducit, aut cum eius famuli, de ea renunciant, omnia simplici dictione absolutaque sententia nulla inserta causa promulgantur.* Patru enim est splendor: iam autem ut Pater non ob aliquam causam Pater est: ita neq. splendoris, cur splendor sit, causa requirenda est: In principio igitur, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: neq. adiungitur isthic, cur verbum factum sit. Ceterum vbi verbum caro factum erat, tunc causa apponitur, ob quam homo sit factus, quam dicit. Et habitavit in nobis.

§. 2. Verbo mentis omnia fiunt, quæcumque humano vere agimus; nam rem animo concipimus, deinde definimus faciendam esse, accedit deinde voluntatis impetium, & instrumenta ad eius nutum mouentur. Deus autem cum sit Spiritus, suaq. intelligentia, & voluntas, nihil nisi verbo suo efficit. Clemens in Orat. ad Gentes, Basiliius hom. in Ioannem, Nec agendo mutatur, quemadmodum neque nostra intellectio mutationem recipit vllam. etiam si actiones multe ab eo principio promanent, ut voluntatis, affectuum, sensuum, motuum. Firmum porro argumentum est; cui tribuitur creatio rerum, Deus est, Christus creator est, ergo Deus. Vide Ioh. 4. 10. Ier. 10. 11. Psal. 8. & 18. Deus enim verus ab Idolis se distinguit, quod creatit cælum & terram, at omnia per verbum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est, & v. 10. Et mundus per ipsum factus est. & cap. 5. 19. Quæcumq. Pater facit, eadem pariter filius facit. Sic I. Cor. 8. 6. Heb. 1. 2. & 10.

§. 3. Arrianorum obiectio: omnia per verbum facta sunt, sed non verbum, hoc enim à patre factum est. Respondeo: iam supra dictum est, fuisse in principio, non factum esse. Et hic additum sine ipso factum est nihil, quod factum est.

§. 4. Obiectio altera plurium fuit; nempe omnia facta per Christum, ut seruum & instrumentum, non

Pie & prudenter in Concilio Francofurtensi, confitit illa concepta est. Constat quoniam potius sanctam & ineffabilem Trinitatem in vnitate, salua scilicet inconfusibilitate proprietate personarum: inseparabilem substantiam confitetur, ita sane, ut alius credatur pater, quia pater est, qui genuit coæternum sibi sine tempore & omni initio filium: & alius credatur filius, quia filius est, qui genitus est sine initio à patre, non putatiue, sed vere: & alius credatur Spiritus sanctus, quia Spiritus sanctus est, & à patre filioq. procedit: & non est aliud pater, & aliud filius, & aliud Spiritus sanctus: sed vnus sunt inseparabiliter Pater & Filius & Spiritus sanctus: non vnus, sed vnus: quia alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: Sed vna & æqualis, & consubstantialis & coæterna est Patris, Filij, & Spiritus sancti, inenarrabili diuinitatis maiestas, quia vnus est Deus. Vnionem namq. inessentialis confitemur. Trinitatem vero in personarum discretionem predicamus. Dominum igitur nostrum Iesum Christum Dei filium verum Deum, semper in patre, semper cum patre, semper credimus apud patrem.

Ita etiam ex Concil. Nicæno cap. 2. contraria illis, quæ in pseudosynodis Constantinop. Antioch. alijsq. hæretici concluderunt. Sed hoc de pluribus Dijs iam olim sexta Synodus refutauit.

Nos enim vnus principium vnus nouimus Deitatis, vnus imperium, vnus potestatem, vnus virtutem, vnus operationem, vnus consilium, vnus voluntatem, vnus denominationem, vnus motum, tam omnium, quæ postea sunt, creatricem, quam prouidam, & st. bilentem, atq. conseruatricem, vnus Dominationem, vnus sempiternitatem, & quæ sunt talia singularia, & in composita vnus essentia, atq. nature in tribus personis subsistentis; neq. subsistentias confundentes, & in vnâ eas subsistentiam d. ducentes, neq. vnâ eandemq. essentiam partientes, & in tres eam essentias disperentes, & vnâ ex hoc diuidentes Deitatem; sed est vnus Deus, vna Deitas in tribus subsistentijs fulgens, & tres subsistentia & persona in Deitate vna i. gno. cunrur. Propterea perfectus Deus est pater, perfectus Deus est filius, perfectus Deus est Spiritus sanctus, idcirco quod vnâ eandemq. singula quæq. persona inseparabilem, in d. m. nutam, atq. perfectam habet Deitatem. Et iuxta quod Deus quidem est, ipsum existit vnus quodq. dum forsum consideratur, ipsa intelligens, quod non separabile, separante: ut Pater tamen, & Filius, & Spiritus sanctus, aliud, & aliud, & aliud non dicuntur. Et idcirco hæc à Dei capitibus predicantur, Deus, & Deus & Deus; sed vnus est hæc tria Deus. Non enim alius Deus pater, nec alius Deus Filius, neq. alius iterum Deus Spiritus sanctus, quia nec alia natura est pater, nec alia natura est Filius, neq. alia iterum natura est Spiritus sanctus. Hoc enim multos & diuersos Deos opinatur, multasq. & varias generat Deitates sed vnus quidem est Pater, Deus vero est Filius, similiter Deus est & Spiritus sanctus, eo quod indiuisis & indimittis eadem tres persona vnâ implentur Deitate, & in vnaquaq. earum funditus tota sit. Nam Deitas diuisio non sustinet, & in tribus ipsis persona pleniss. e, atq. perfectè, non partibiliter, suæ ex parte ead. im. plens personas, sed in vnaquaq. existens plenissima & vnâ permansens, licet in tribus personis monstratur, & ad Deum multitudinem non excurrens, licet in tribus sit subsistentis, ut nos corporalem quandam sustineat sectionem, quæ certe est imp. sibilis, & incorporea, & pati videntur, quæ creatura sunt propria.

Et Synod. collat. 8. & Lateranensi sub Martino I. consult. 5. Florent. sess. 25.

§. 4. Obijciebant & illud, non dicit, verbum erat à Deo; non igitur Deum verum, sed aliâ significatione Deum dixerunt. Hoc vanum esse Chryostomus ostendit: Innumera enim sunt loca, quibus non apponitur articulus, ut hic v. 6. Prædicato autem non solet articulus adijungi, nec exemplis opus est omnibus linguis consentientibus.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.